

Macaneum dicitur: quod ea huc facile transferre possint ii, qui rem hanc se aliter fortasse habere existimant. Sampsuchum in Italia Herrusci vulgo appellatur Persa, quod forte illi e Persia fuerit allatum: ceteris vero inibi Majorana, nomine à Latinis mutato. Herba haec tantum cum mulieribus inivit gratiam sui odori jucunditate, ut nulla ferè reperiantur, quae suis in hortis, aut scitilibus vasis Amaracum non serant, vel plantas non transferant, ac diligenti admodum cultura foviant. Quo fit, ut putaverim ego, ex eo Majorana sibi nomen adinvenisse, quod majori cura, ac diligentia servatur, colatur, quam cetera planta. Neg, id ea solum ratione, quod, ut paulo ante diximus, odore perquam jucundo commendetur, sed quod etiam perpetua vireat coma. Duum est generum, majus quod vulgo cognitum est: & minus, quod tenuifolium cognominatur. Est itaq; herba AMARACVS ramosa, surculis tenuibus, obsequiosis, foliis oblongis, incanis, pilosisq; quae 10 surculos circumquaq; ambiunt. Flores edit in summis caulibus numerosos, spicatos herbaceo colore, compacti squamarum congerie oblongos, origani emulos, e quibus parvum oritur semen. Radicem habet lignosam, multiplicem & super-
vacuam. Seritur semine, surculo ac etiam vivit radice. Planta est odorata tota, & in medicamentis admodum utilis. Di-
gerit, attenuat, aperit, & roborat. Praestat ad omnes frigidos capitis, & nervorum affectus, tam illi a, quam pota: quin-
etiam ad aurium dolores, gravedines & sonitus, ubi herba succus fuerit instillatus. Idem naribus infusus puitam a ca-
pite trahit, & cerebrum abstergit, & roborat: colligitur ex eo utiliter os in lingua resolutione, addito pyrethri, & longi
piperis decocto, aut acori, aut origani. Valet herba aut ejus decoctum ad omnia pectoris vitia, quae anhelandi difficultatem
impediunt. Stomacho utilis est tam exterius illita, quam interius sumpta. Eadem jecinorosos & lienosos juvat. Namq;
non solum eorum infarctus expedit, sed etiam viscera ipsa roborat ac firmat. Confert ad frigidos uteri affectus omnes, &
ad flatus. Habetur aliud quoq; AMARACI GENUS TENUIFOLIUM, quod nos vulgo vocamus Persa gentile. Id enim
20 foliis floribus, cauliculisq; altero longe tenuius est, & odore praestantius. Hoc non desunt, qui putent legitimum esse marum.
Colitur à mulieribus Italis in scitilibus, & in hortis. Ea omnia praestare potest, de quibus in altero diximus genere. Sam-
puchi meminit Galenus lib. 8. simplicium medicamentorum, sic inquit: Sampsuchum tenuium partium, & digerentis
est facultatis: desiccatur enim, & excalfacit ordine tertio. Id Graecis ἀμαράκων, & ἀμαράκων, Latini quoq; Sampsuchum,
Amaracius, & Majorana vocatur: Arabibus Merzenius seu Morsangius: Italis & officinis Majorana: Herrusci Persa:
Germanis Meyren / Majoran / und Meyram: Hispanis Majorana: Gallis Marone & Mariolaine: Bohemis Majo-
rana: Polonis Majoran. Amaracus tenuifolia, Graecis ἀμαράκων, ἡ ἀμαράκων ἀντιόχων: Italis Majorana gentile:
Herrusci, Persa gentile.

Amaraci
hist.Amaraci
vires.Amaraci
tenui-
folia.Sampsu-
chi viret:
ex Gal.

Nomina.

Majoranam à Graeco μάγαν deduci volunt ii, qui Majoranam nostram ad Marum veterum reducant.
I. Majorana vulgaris, C.B. Majorana, Brunf. Dod. gal. & fol. (cui & Marum) Cæalp. Majorana sylv.
Loni. Majorana major, Tab. Amaracus, Matth. Fuch. Lugd. Amaracus major, Cast. Amaracus vulgati-
or, Lob. in icon. Sampsuchus sive Amaracus, Latinis Majorana, Cord. in. Diosc. hist. Sampsuchus, Lac.
30 Lob. obs. II. Majorana nobilis. C.B. Majorana fativa, Trag. Lon. Majorana tenuior, Dod. fol. Majora-
na tenuifolia, Taber. Amaracus sive Majorana tenuifolia, Matth. Cast. Lugd. Amaracus tenuior, Lob.
Amaracus tenuifolia urbana, Cam. Amaracus & Sampsuchum, Gef. hor.

Meliolotus.

MELILOTUS, SIVE SERTULA CAMPANA.

CAP. XLI.

Sertula campana, laudatissima in Attica, & Cyzico, & Chalcedone nata: cujus color vicinus est croco,
boni odoris. Nasclitur & in Campania circa Nolam, a colore in luteum languescente, odore infirmo.

a Meum
habet, &
alio. Sed
Ca. meli-
lotus.I. MELILOTUS, SIVE SER-
tula Campana.* II. MELILOTUS ITALICA
folliculis rotundis. *

40

50

60



Vitis

Vim habet adstrictoriam. Inflammationem omnem emollit, præsertim quæ in oculis, vulva, sede, aut testibus erumpat, si ex passo cocta illinatur: interdum autem addito ovi luteo assato, aut fœnigræci farina, lini semine, aut polline, aut capitulis papaveris, intybove. Recentes meliceridas per se cum aqua, & ulcera manantia in capite illita cum creta Chia, vino, aut galla sanat: stomachi dolores, & cruda, & cocta cum aliquo ex antè dictis levat: dolores aurium mitigandis cruda ex passo instillatur: in aceto, aut rosaceo madefacta, capitis dolorem lenit.

**Meliloti confide-
ratio.** **Plinius** de Meli-
loto. **Meliloti** hist.
**Melil. vi-
res ex**
Galenus. **Serapio-
nis de-
scriptio.** **Nomina.**

Probatissima, legitimaq, melilotus non modò in pluribus Campaniæ locis, sed etiam Gargano Apulia monte prove-
nit. Cujus semen in tenuibus corniculis inclusum nuper Venetias afferri capit. Quo factum est, ut jam cognoverint
medici vulgaris usus Melilotum illegitimam esse. Meliloti meminit Plinius lib. 21. cap. 9. ubi ita scriptum reliquit: Ergo
in coronamenta folio venere apiastrum, meliloron, quod Sertulam campanam vocamus. Est enim in Campania Italia
laudatissima, Græcis in Sunio, mox Chalcidica & Cretica, ubicunque verò asperum & sylvestribus nata. Coronas ex hac
antiquitus factit at as, indicio est nomen Sertula, quod occupavit. Odor ejus croco vicinus est, & flos. Ipsa cana placet, ma-
ximè foliis brevissimis, atq, pinguisimis. Est itaq, legitima Melilotus planta cubitali altitudine, statim à radice fruticosa
ramis exilibus, foliis trifolio proximis, ex angusta origine in latum se diffundentibus, & longo appensis pediculo. Floribus
melinis, parvis, siliquis repandis, numerosis, pluribus ex uno ramusculo dependentibus, in quibus semen concluditur mi-
nutum subrufum, odoris non ingrati, cujus est usus. Radix illi inutilis, & supervacua: Excalfacit ordine primo, aded ut
parum absit à temperamento. Ideoq, leniter resolvit, digerit, atq, mollit, & dolores quoscung, sedat. Melilotum, ut Ga-
lenus memoria prodidit lib. 6 simplicium medicamentorum, mista facultatis est: habet enim quiddam adstringens, sed &
digerit, & concoquit: copiosior enim in eo est substantia calida, quam frigida: hæc tamen Galenus. Caterum neminem in-
venio à Græcis auctoribus, qui explicaverit, quæ meliloti pars in usum medicina recipiatur, an folia, aut radices, aut
caulis, an flores, aut cornicula, aut semen. Quod tamen docuerunt Mauritanii, præsertim Serapio, qui ex auctoritate Isa-
ac Eben amarum de Meliloto scribit in hunc sensum: Melilotus herba est, quæ folia fert rotunda, viridia: ramulos emit-
tit admodum exiles, in quibus folia rara. Semen gerit in siliquis tenuibus, ac rotundis: quæ grana includunt pauca, glau-
ci coloris, rotunda, infra sinapis magnitudinem. Porro in meliloto usum sibi vendicant siliquæ & semina, quæ in eis con-
tinentur. Quibus facile quispiam conjiciet, haud esse mirum, si emplastrum, quod de meliloto appellant, sæpe medicos
fallat, cum in id legitimi meliloti seminis farina nunquam veniat. Cum vera legitimaq, Meliloti semen cujus usus esse
debet, ad nos non deferatur: nonnulli sylvestris loti flores, quidam cujusdam aurei trifolii ipsius vice usurpant, sed neuter
tamen Meliloti vim possidet. Mixdort & ita Græcè dicitur, ut Latine Melilotus & Sertula campana: Arabicè Alchil
elmelih: Italicè Meliloto: Hispanicè Corona de rei.

Melilotum hanc, Trifolium odoratum corniculis reflexis nominamus. Melilotus, Sertula campana
& Corona regia, Lob. obs. Melilotus Syriaca odora, Lob. in icon. Sertula Campana, Castori. II. Huic
adjecimus & alteram speciem, quæ frequenter in hortis colitur, & Trifolium Italicum folliculis rotun-
dis nobis, at Camerario, qui primus eam proposuit, Melilotus Italica dicitur. Hæc ex radice fibrosa cau-
les emittit plures cubitales, striatos, qui in alios brachiantur, circa quos folia tripartita, subrotunda, le-
viter crenata, in breve filamentum abeuntia, longis pediculis donata: in summis cauliculis flores melilo-
ti copiosi, quasi in spica alternatim dispositi, lutei: quibus succedunt folliculi, vel vascula rotunda, rugo-
sa cute obducta, in quorum aliquibus bina, in plerisq, unicum granum continetur. Hoc primum Loti
vesicariæ nomine, à Doctore Osvaldo Northufa accepimus, dein in hortis plurimis observavimus, 40
quod in Marfis ad lacum propè oppidum Celanum (monente D. Camerario) crescit, ubi incolæ Mala-
tro corrupto nomine, & in agro Romano ad antiquorum imitationem, Coronellam appellant.

Māgou.

MARUM.

CAP. XLII.


a Orib.
videtur.
odorato.

Marum herba cognita vulgò furculosa, flore origani, foliis multò candidioribus, flore a odoratiore.
Vim habet hysymbrio confimilem: substringit enim, & modicè calfacit. Qua de causa illitu serpen-
tia ulcera sistit, & in calidas illitiones additur. Juxta Magnesium, & Tralleis copiosissima gignitur.

Mari
mentio
ex Gale-
no.

Et si Galenus inter simplicia medicamenta nusquam, quod equidem invenerim, Mari meminerit, libro tamen primo
de Antidotis in Hedychoi compositione ejus mentionem fecit, cum ita scribit: Alia Hedychoi descriptiones reperun-
tur, quæ neq, Amaracum, neq, Marum prorsus habent: quadam alterutrum tantum continent. Neq, enim duo hæc
omnes noscunt unguentarii, eò quod herbas solum à Creta advectas emant, unà cum seminibus atq, succis. Ego verò &
easdem herbas scio in Asia nasci, ac in aliis quidem regionibus raras esse, in Cyzico autem frequentes. In Italia quodq, ut
alias quasdam herbas, ita & Amaracum vidi, quæ odore multum à Maro superatur. Marum enim valde refolet, puta-
retq, aliquis sola nominis appellatione ductus, unguentum Amaracinum, quod in Cyzico faciunt, Amaraci plurimum
capere, sicq, forsitan ab antiquis unguentum conficiebatur, sed nunc solum Marum imponunt. Hanc herbam aliquoties
cum ipse degustassem, ac eam amarum quidem plurimum, acrem verò parum deprehendissem, hortatus sum quendam
eorum, qui Amaracinum conficere solent, ut Amaraci tantum compositioni immitterent, quantum & Mari. Ac mihi vi-
sum est id unguentum minus quidem odoratum, nihil autem viribus inferius: Hæc Galeni verba. Ex quibus palam est, 60
Marum ab Amaraco viribus & facie parum admodum disidere, etsi tum amarum sit Marum, tum etiam odore fragran-
tius. Quapropter non planè eorum sententiam explodendam putarem, qui Marum Amaracum illam esse arbitrantur
quæ majorem spirat odorem, majoremq, amaritudinem gustu præfert: quæq, foliis viret minusculis, candidioribus, &
tenuioribus: unde non immeritò à nostris in Hetruria vulgò cognominatur Persa gentile. Sampsuchum enim, sive
Amaracum, inibi Persa vulgò vocari superius indicavimus. Cujus illud genus, quod foliis constat pinguioribus, latioribus,
viridioribus, gustuq, acrioribus, minus tamen amarum, legitima omnibus Amaracis esse censetur. Illorum inquam senten-
tia ferme adspicularer, nisi eidem adversari Galenus inveniretur: quippe qui hoc loco citato testatur sit, se in Italia Ama-
racum vidisse, nulla, quod inibi Marum videret, facta mentione, sed tantum quod hoc in aliis ab Asia regionibus rarum
oriatur.

MARUM.



Annot.

ACINUS.

CAP. XLIII.

A Cinos, aut aconos à Græcis dicitur, tenui, siccoq; ramulo herba, ocimo similis, odorata, sed hirsutior: qua coronæ faciuntur, à nonnullis olitoribus colitur. Menses, & alvum pota sistit. Illita panos ignemque sacrum sanat.

I. ACINUS.

* II. ACINUS COLUMNÆ.



Quan-

oriatur. Hinc itaq; facile adducor, ut existimem Marum non nasci in Italia. Auger nobis opinionem Plinius, qui quasi Galeno subscriberet, Marum duxit esse rarum inventu, & Italiae peregrinum: quare ipsum collocavit libro 12. capite 24. inter ea duntaxat odoramentorum genera, quæ ab externis regionibus in Italiam convehantur, sic inquit: In Aegypto nascitur & Maron pejus quàm Lidium, majoribus foliis, ac variis: illa brevia, ac minuta, & odorata, hac Plinius. Caterum non ob id eos errare crediderim, qui graciliorem amaracum Mari loco substituerunt. Quandoquidem testatur Galenus, quod unguentum illud, in quo Amaracum pro Maro admisceri iussit, etsi minus quidem odoratum videretur, non tamen viribus inefficacius erat. Caterum plantam, quam hic excudi curavimus, misit ad me Patavio Jacobus Antonius Cortusius, vir quidem rei plantarie admodum studiosus, & iudicio, & animi integritate praeclitus. Nam cum legitimum marum ea mihi representare omnibus anè notis videatur, Marum ipsam mihi proposui appellandam, siquidem foliis est origano candidioribus, odoratis, & gustu acutis amariuscule, ramis tenuioribus, lignosis, & floribus subpurpureis, odore eximio fragrantibus. Planta est peregrina, quæ in Italia non provenit, nisi aliunde translata. Quod Græci μαρὸν, Id Latini pariter marum nominant: Itali Maro.

Marum propositum, Tragoriganum latifolium nominamus, ad differentiam angustifolii, cujus triplex differentia. Marum dicitur, Matth. Lugd. Tab. Marum Cortusii, Cast. Tragoriganum alterum, Dod. Gal. Gef. hor. Lob. Tragoriganum, Dod. fol. Lugdun. Helenium Cratevæ Anguillara nominabat.

De Acino
opio
quoru-
dam ex-
plofa.

Quaquam sunt aliqui, qui Acinum eam ocimi speciem esse existimant, quæ angustioribus constat foliis, quæ jucun-
tum esset odorem, cujus gratia, atq; etiam umbra gratia virentis æstivo tempore passim in figulinis vasis soletur ex-
tra fenestras adium & in atriis, quam nos ob ejus gracilitatem vulgò vocamus Basilico gentile: horum tamen opinioni
apertissime refragatur Plinius lib. 21. cap. 15. ubi Acinum scribit nunquam florere. Id quod minori ocimo non evenit: si-
quidem hoc æstate, & autumno floret, floribusq; ornatur albis, ac odoratis. Illud præterea illis etiam reclamatur, quod idem
Plinius scriptum reliquit lib. 21. cap. 27. cum ait: Acinon & coronarum causa, & ciborum Aegyptii serunt, eademq;
erat, quæ ocimum, nisi hirsutior ramis, ac foliis esset & admodum odorata. Ex his Plinii verbis abundè palam fieri potest,
Acinum non esse ocimum tenuis folium, cum hoc nec folia, nec caulem hirsuta proferat. Caterùm Manardus Ferrariensis
vir acri ingenio, & præstanti doctrina, nil aliud Acinum putavit esse, quàm herbam quandam, quæ incultis provenit lo-
cis, sed præcipue in agrorum, & viarum aggeribus, ocimo hirsutior, ac satius suaviter olens: quæ quodd ocimum admodum
emulatur, à quibusdam sylvestre Ocimum appellatur. Quibus sanè notis alias adductus sum, ut Manardo prorsus assenti-
endum putaverim. Sed cum postea animadvertierim, herbam hanc flores emittere contra Plinii auctoritatem, nunc cogor
mutare sententiam. Nec me pœnit, quod nostra, aut aliorum diligentia futurum sperem, ut de hac, & de aliis rebus du-
bis quandoq; certiora proferantur. At qui obstantibus his, volui tamen plantam quam Manardus Acinum esse existima-
vit, hic etiam appingi, ut aliorum possit esse judicium. Herba quæ Græcis ἀκίνη, Latinis item Acinus appellatur.

Manardi
opio
non ac-
cepta.
Ocimum
syl.

Nomina.

I. Acini loco adpicta (& in historia Lugdunensi proposita) quid sit controvertitur, aliis Calamen-
thum inodorum viarum ubiq; frequens existimantibus: aliis videtur Calaminthæ montanæ magno flo-
re respondere: quod si verba diligentius consideres, Ocimastrum Fuchsi, quod sub pseudoclinopidio
infra posuit, illum exprimere voluisse facile percipies, quare ipsius figuram mutare, vel omittere nolui-
mus. II. Adjecimus & alteram Neapolitanis frequentem, & à Fabio Columna in suo Phytobasano pro-
positam. Hæc ex radice fibrosa, caulem hirsutum & asperiusculum, qui mox in alios brachiat, emittit,
circa quem folia Ocimo majori similia, sed tenuiora oblongioraq; per ambitum serrata, hirsuta, longis
pediculis donata: flores copiosi purpurascens, ocimi forma, quibus succedunt vascula semen nigri-
cans subrotundum continentia. Hanc siccam unà cum feminibus Neapole ad nos misit D. Ferrandus Im-
peratus, præstantissimus Pharmacopæus, quam quotannis olitores verno tempore apud ipsos ferunt,
Urtichellam appellantes, eo quod Urticæ hirsutiem quodammodo referat.

Baccharis.

BACCHARIS.

CAP. XLIII.

a Meum
addit
magis
i. pro-
prietatibus
b Meum
& Cat.
i. hume-
tum.

Baccharis herba fruticosa, quæ in coronas additur, cujus folia aspera sunt, media violæ, & verbasci
magnitudine: caulis angulosus, cubiti altitudinem petens, aliquantulum asper, non sine appendici-
bus adnatis: flore purpureo, subalbicante, odorato: a radicibus veratro nigro similibus, quibus odor in-
est cinnamomo proximus. Asperum b squalidumq; solum amat. Radix in aqua decocta ruptis, vullis, ex
alto præcipitatis, spirandi difficultati, salutaris: item diurnæ tussi, & urinæ difficili, menses pellit:
contra serpentium morsus utilissimè datur in vino. Recens radix appositæ partum extrahit. Puerperis
ejus decoctum in deflectionibus prodest. In diapsmata utiliter inferitur jucundi odoris gratia. Folia, ut-
pote quæ adstringant, capitis doloribus illitu profunt: oculorum inflammationibus, mammis tumen-
tibus à partu, ægilopiis incipientibus, ignibusque sacris auxiliantur. Odor somnum gignit.

Baccha-
ris consi-
deratio.

BACCHARIS.

And. La-
cuna li-
tera.



Um eam de Bacchari sententiam, quam superioribus ar-
nis lingua Italica expresseram, nunc demum hu-
stris Latinis commentariis repetitam, excudendam tradidi-
sem, confessus ingenuè me nusquam hactenus veram Baccha-
rim reperisse, aut ab aliis repertam vidisse: accidit interea
temporis, ut eam ad me Roma miserit Andreas Lacuna Se-
cobiensis, medicus hac nostra ætate clarissimus. Cujus lite-
ras hic referre libet, quod ea sint, quæ mihi maximum faci-
ant argumentum humanitatis & benevolentia sua, atq; et-
jam rei fidem addant. Literæ autem ejus sunt ita ad me
scriptæ. Etsi nos eidem, cui tu, negotio illustrandi, locuple-
tandiq; Dioscoridem navemus assiduam operam, ob idq; no-
bis ex usu hanc ad rem extorquere, facultates alienas potius,
quàm dissipare nostras: volumus tamen tibi & amico, & de
materia medica quam optimè merito communicare veram
Dioscoridis Baccharim, quam haud ita pridem in hisce Ro-
manis agris reperimus, quod possis illam ad vivam formam
expressam, in usum humana salutis inferere tuus luculentis-
simis commentariis, quos jam (ut fama est) primum Latine
scriptos edere instituis. Eam itaq; chartæ alligatam ad te
mitto, adeo per omnia respondentem descriptioni Dioscoridis
ut in ipsa nulla nota possit desiderari. Quippe folia ejus sunt
aspera, media violæ & verbasci magnitudine: caulis angu-
losus, cubiti altitudinem petens, aliquantulum asper: radi-
ces nigro veratro similes, quæ odore, & sapore imitantur
exquisitissimum cinnamomum. Porro flores, quos per incle-
mentiam temporis nunc mittere ad te non licet, in nonnul-
lis locis purpurei in aliis lutei videntur: ita ut hujus stirpis es-
se dua species videantur, vel si meminerit unius tantum Di-
oscorides. Postremò hujus plantæ vires, & facultates sunt
omnino eadem, quas sua Bacchari divus tribuit Dioscorides.

Hic

Hic amicus literis suis finem imposuit. Sed certe illud mihi permirum accessit, quod eadem die, & fere hora, qua Baccharim Roma accepi, eandem Arimino ad me misit Julius Moderatus diligentissimus pharmacopola, herbarumq; studiosus: id quod aperit testatur hortus ejus apud herbarios Italia non vulgaris, ut qui sit variis ac nobilibus plantis refertus. Hanc sane comperi nulli prorsus reclamantibus notis, Dioscoridis Baccharim representare. Nam praterquam quod constaret, ut illa, foliis asperis, magnitudinem inter violam & verbasum referentibus, caule anguloso, cubitali altitudine, aliquantulum aspero, habebat etiam in caule sua adnata folia non colicolas. Hinc obiter suspicor legendum esse *μαχαράδας* non *μαχαράδας*, ut vulgati Graci codices habent: quandoquidem illi lectioni adstipulatur etiam Oribasii manu scriptus codex. Praterca flores, quibus illa carebat, huic in purpura candicabant, odorati. Ejus deniq; radices erant veratro nigro similes, & odore cinnamomo proximae. Hujus igitur plantae delineatione, qua ad amussim historia Dioscoridis respondet, ut ejus quoq; effigies, quam pictam damus, assabre demonstrat, facile adducor, ut affirmare non dubitem, hanc esse veram & legitimam baccharim. Caterum Leoniceus, & Brasavolus ipsum secutus, eam plantam magno errore putarunt Leonice-
Baccharim esse, quam quidam Sclaream, nonnulli vero Matrisalviam appellant. Sed cum hujus radices non sint
veratro nigro similes, neque minimum quidem odore cinnamomum imitentur, plane eorum sententia improbanda vi-
detur: praesertim quod veram Baccharim eam esse censeamus, de qua superius disseruimus. Sed non desunt recentiores, probata,
qui contendunt Baccharim Dioscoridi accrevisse, caputq; hoc adulterinum esse, ut novi aliquid asferre videantur. Siqui-
dem inter hos Anguillarius non paucis contendit argumentis, Baccharis caput haud esse Dioscoridi legitimum, sed ea omnia
qua de Bacchari in eo authore scripta sunt, ex capite de Asaro esse deprompta. Quod ut in primis probare videatur, Baccha-
rem inquit, Gracum non esse nomen, sed Latinum, cum nemo extet inter Gracos authores, qui vel ante Dioscoridem, vel
ejus tempore vel paulo post claruerunt, qui Baccharis usquam meminerit, ut videre est apud Galenum & Aetium. Nec his
deinde ob stare inquit, quod Athenaeus inter unguenta Baccharis mentionem fecerit, quippe quod illi Baccharis unguentum
designet, non plantam: sed quam magno ducatur errore Anguillarius, quamq; diligenter legerit autores, aut recte eorum
scripta intellexerit, ille jam audiet. Siquidem non desunt Graci authores, ipsiq; antiquissimi, qui ante Dioscoridem Bac-
charis meminere. Plinius enim testis est lib. 21. cap. 6. de Bacchari scripsisse Aristophanem prisca Comedia autorem, ob idq;
falso quibusdam Baccharim Barbaricam appellari, quod a Gracis sibi nomen invenerit. Deinde negligenter satis An-
guillarium legisse Athenaeum, ex hoc clarissime patet, quod non solum Baccharis unguenti, sed Baccharis quoq; plantae
vel ejus radices meminerit his verbis. Est unguentum quod Baccharis a comicis nominatur. Ac nonnunquam Baccharis
non est unguentum. Aeschylus. n. in Amymone separat & distincte: Ego, inquit, Bacchares tuas & unguenta: & Symo-
nides unguentis unctus sum, ac Bacchari. Aristophanes in Cerealia celebrantibus, O Jupiter (inquit) venerande, quo pa-
cto nepharium scrinium continuo lotum, unguenti ac Baccharis odorem emisit? Quibus palam est, non solum eo unguento
ad odoramenta usos esse antiquos Gracos, sed etiam ipsa quoque Bacchare, & ejus radicibus. Sed concedamus Anguillario
nusquam de Bacchari herba locutum esse Athenaeum, ne tam cito erubescat. Unde tandem dicet denominatum unguen-
tum illud? An negabit a Bacchare, cujus radices exceperat? Neget vel affirmet, comprehensus est. Etenim ubi negarit,
Plinius ejus retundet arrogantiam, quippe qui Aristophani testimonio scribit ex Baccharis radicibus unguenta fieri solita
apud antiquos. Si vero affirmarit, jam suam ipsius fassus fuerit ignorantiam. Baccharis unguentum a Bacchare antiquis
denominari testatur Favorinus his verbis. *Βακχαρίς ἡ ἀπὸ τοῦ βοτάνης ἐκκαίνουσαν, ἢ τὴν ἐν τῷ ἐνδομῷ ἀντιπαραμαρτὴν τὸ ἀπὸ
τῶν πύλων. Quibus non modo palam est Baccharim antiquis unguentum designare, sed etiam pulverem ex Baccharis ra-
dicibus paratum corpori inspergendum, de quo apud Athenaeum scripsere Aeschylus, Symonides, & Aristophanes: usa enim
antiquitas Diapasmatis, id est, pulverem siccis asperginibus, non solum ad odoramenta, sed etiam corporibus fovendis,
siccandis, laxandis, adstringendis, molliendis, ac durandis, variis e plantis paratis pro utentium ratione. Praterca ad ea,
qua dicit, ut autorum testimonia effugiat, qua illi mentem interturbant, quod in Oribasii, & Pauli libris Baccharis caput
sit additum a quibusdam, eo argumento, quod Paulus tantum scribat de iis simplicibus medicamentis, de quibus scribit
Galenus, qui nusquam de Bacchare meminit: & idem fecerit Oribasius: illi respondendum est, quod negligenter satis le-
gerit de plantis apud Paulum. Quippe quod non solum ex Galeno, sed ex Dioscoride transcribat. Agallochi enim Nar-
caphti, Cancami, Fraxini, Othoniae, Acantii, Botryos, Geranii, Acthiopidis, Epipactidis, Apios, Alypi, Cinocrambe, He-
liotropii, & aliorum quorundam non meminit usquam Galenus, quorum tamen omnium ex Dioscoride meminit Paulus,
quemadmodum & Baccharis: quo fit, ut infirmum admodum sit Anguillarii argumentum tam de Paulo quam de Oriba-
sio, qui plantarum historias non ex Gal. sed ex Dioscoride transferant. Ad hac quantum valeat in censendis Asaro &
Bacchare Anguillarii judicium, conficiet facile quispiam, qui ejus annotaverit verba, dum ultimo loco ut probet Baccha-
ris caput ab Asaro esse rescissum, dicit id facile deprehendi posse, ubi quispiam Baccharis & Asari caput simul contulerit.
Sed faciamus periculum: Asarum folio est hedera minore, leviorq;: Baccharis vero inter Violam & Verbasum medio,
& tactu aspero. Flores Asaro sunt Cyrtini aut Hyoscyami figura, ac purpurei: Bacchari in purpura albicantes. Caulicu-
los habet Asarum plures, asperos, ac lentos, quorum singulis folia appensa sunt: Baccharis vero unum tantum caulem edit
cubitalem, angulosum, aliquantulum asperum, non sine adnatis multis. Item radices Asaro insunt geniculatae, tenues,
obliquae, graminis non dissimiles, longe tamen graciliores odoratae, & ut Plinius inquit, & experientia comprobatur, Nardum
redolentes: Bacchari autem radices insunt nigro Veratro similes, quibus odor inest gratissimus, Cinnamomo proximus.
Postremo Asarum in umbrosis montibus provenit: Baccharis in asperis & siccis. Quibus palam est nil minus hasce plantas
sibi repugnare, quam sibi ipsi repugnet Anguillarius, dum illud Crateva fragmentum in medium affert, quo probare con-
tendit Baccharis caput in Dioscoride ex Asari capite esse rescissum. Siquidem cum in eo legatur. *Βοτάνη ἰώδης, ἡ
φάρμακον ἐστὶν, καὶ τὴν γὰρ οὐκ ἐστὶν, ὅτι καὶ δασύς ἐστιν ὁ ἄνθρωπος, ἰώδης δὲ πῖς, ὅμοια τῇ τῷ ἰδιότῳ, ἰομεῖα τῇ δὲ καὶ ὑπὸ τῷ ὀνόματι
id est: Herba odorata, cauliculi geniculi intercepti, flores autem purpurei, odorata radix, similis radici Ellebori nigri,
odore Cinnamomo accedens. Tyresia cecior fuerit, qui non viderit fragmentum esse Baccharis, non Asari, ut sibi persuadet
Anguillarius. Quippe quod Asarum Plinii testimonio, ita vocatum est, quod in coronis non veniat, quodq; ejus cauliculi
geniculati non sint, sed tantum radices, quae graminis sunt non Ellebori, nec Cinnamomi odore refertae, sed Nardi, &
ideo Nardum rusticum nonnullis appellatum: quodq; non in siccis & asperis nascatur locis, sed in umbrosis ac opacis mon-
tibus. Haec si diligentius perpenderit Anguillarius, non ita fortasse inconsiderate contra sui ipsius sententiam fragmentum
illud Crateva attulisset in medium, ut potius fortasse videretur tam preciosa habere fragmenta, quam quod cura illi
fuerit, solidè de Medica materia differere. Probat praterca, Baccharis caput Asari non esse membrum, non solum ex
Oribasio qui perquam fideliter ex Dioscoride transcribit, sed etiam ex Serapione. Siquidem iis in Asaro ne verbum quidem
habent, quod in Baccharis capite reperiri possit, sed id tantum, quod passim legitur, in Ruelii ac Cornarii Dioscoride, qui**

Combre-
ti Plinia-
ni men-
tio.

cum hac animadvertissent: quæ in Asari capite adulterina invenerunt, non sine ratione aniputarunt. Quibus pater noster modo Asari caput integrum haberi, sed quod hac verba non iussit separari. Dioscoridi sint adulterina, quemadmodum alia quamplura quæ in capitum fere omnium principio olim habebantur. Postremo dicimus eandem plantam esse Baccharim, apud Græcos, quam apud Latinos. Nam si quispiam conferat vires, quæ fragmentum Crateva illud, & ipse Dioscorides Bacchari tribuerunt, cum in quarum de sua Bacchari meminit Plinius, is sane illico deprehendet, quam aperte cecutiat Anguillarius. Baccharem similem Combretum idem reddidit Plinius, ubi inquit: Simillimum ei Combretum appellatum foliorum exilitate usque in fila attenuata, & procerius quam Bacchar. Quæ verba haud recte intellexerunt, qui pro Combretum quandam ostendunt plantam, foliis stamineis, veluti filamenta quadam diu trinumve spiritum amarum longitudine protensa. Siquidem Plinii verba ejusmodi foliorum faciem haudquaquam describunt, sed quod sua substantia Combreti folia adeo sint exilia, id est, tenuia, ut textura filamenta omnino appareant. Nam exilia plenis opponit Plinius in Epistolis, & Cicero secundo de divinatione: quo fit, ut nil aliud in ea comparatione sibi velit Plinius, quam quod Bacchari folia sint Combretum solidiora, pleniora ac robustiora: illa vero ut diximus, non quidem in stamineis filis protensa, sed Baccharis modo lata: quamvis adeo tenuia ut omnis fere earum appareat textura duntaxat.

Baccharim quam à Lacuna acceptam proponit, sunt qui Verbasco odoratum, cui interdum flores lutei, interdum purpurei, censeant: & sanè cum Verbasco, quod pro tertio posuit, multum convenit: verum existimamus eam figuram competere Conyzae majori à Matthiolo propositæ. Matthiolum imitati Lacuna, Lon. Cast. & Tabernæmontanus, eandem figuram pro Bacchari exhibent.

Πόρνον.

RUTA.

CAP. XLV.

Ruta montana, [sylvestrisque, sativa,] & hortensi acrior est, & in cibis damnata: sativa verò quæ sub fructu arbore enascitur, magis in cibos admittitur. Utræque urit, calfacit, exulcerat, urinam ciet, menstrua pellit, [alvum sistit] potu, cibo. Lethalium medicamentorum antidotum est, si semen ex vino acetabuli mensura ebibatur. Folia per se præsumpta, aut cum nucibus juglandibus, aridisque ficis, inefficaces venenorum vires reddunt: contra serpentes simili modo sumere convenit. Genituram cibo, potuve extinguit, cum anetho sicco decocta, tormina sedat. Facit ad pectoris, laterumque dolores, difficultatem spirandi, tussis, pulmonis inflammationem, coxendicum, articulorumque cruciatus, & horrores febrium, circuitu repetentes, pota, ut antè dictum est. Item ad inflationes coli, vulvæ, rectique intestini cum oleo decocta & infusa. [Fœminas vulvæ strangulatu liberat, si à genitali sedetenus cum melle subjiatur.] Fervescit ex oleo, & pota, ventris tinea excutitur: articulis doloribus ex melle, aquæ inter cutem cum ficis illinitur: eisdem in potu auxiliatur, decocta in vino ad dimidias partes, & oblita. Cruda, conditaque cibo, visus aciem excitat: dolores oculorum illita cum polenta lenit: doloribus capitis cum rosaceo & aceto illita auxiliatur: profluentem naribus sanguinem sistit trita & indita. Testium inflammationibus cum laureis foliis imposita, & eruptionibus papularum cum a myrto, & cerato prodest: cum pipere autem, vino, & nitro affricata, albi vitiligni medetur: cum eisdem illita fornicationes tollit, & verrucas, quæ thymi florem repræsentant: contra impetigines cum alumine, & melle utilissime imponitur. Succus in mali punici calyce calfactus, dolori aurium efficaciter infunditur. Idem oculis, qui hebetudinem sensere, cum fœniculi succo, ac melle inunctus opitulatur. Ignem sacrum, ulcera quæ serpunt, aut in capite manant.

Conclusa
non legit
Orib.
† Orib.
non ha-
bet.

† Orib.
non le-
git.

Meum
dum mugi-
tans angust-
cū Myr-
teo cera-
to.

I. RUTA.

II. RUTA SYLVESTRIS.



cum

cum acetosaceo, & cerussa illitus perfanat: manfa alliorum, caparumq; acrimoniam domat. Montana si copiosius estur, interficit. Dum florem promit, & ad murias colligitur, cutem inflat, & rubore quodam inficit, cum pruritu ac vehementi inflammatione: oportet itaq; eam unctis antea manibus & facie colligere. Tradunt succum gallinaceis pullis insparsum, feles arcere. Adjiunt eam, quæ in Macedonia circa Haliacmon amnem prodeat, comedentes interimere. Montesus autem is locus, & viperis scatet. Semen ejus potum contra intestina vitia efficax est. In antidota commodè additur. Contra incontinentiam urinæ costum semen septenis diebus potui datur. Radix hujus montanum moly vocatur. Sylvestris ruta sativæ similis est. Prodest comitialibus & coxendicis doloribus: menstrua movet: partus enecat. Acrior est viribus, quàm hortensis & validior. Sylvestris, utpote noxia, cibis abdicatur.

b Oribasius
i. pluribus
serpentibus.

* III. RUTA SYLVESTRIS
tenuifolia. *



Ruta utraq; planta est vulgaris notitiæ, tam sativæ inquam, quàm sylvestris. Non tamen velim de illa sylvestris intelligas, de qua capite proximo differendum est sed de ea tantum, cujus meminit Dioscorides in presenti capite, quàm, in ejus calce sativæ similem fecit: siquidem ab illa plurimè differt. Nascentur hac sylvestris Ruta in Goritensi agro copiosissima, adeo ut qui circumstant montes ea abigant, scateant, præsertimq; Salvatinnus mons, qui eadem ferme vestitur. Facie hac hortensi perquam similis est, foliis, caulibus, ramis floribus & capitulis, graciliori tamen folio, caudice verò crassiori, lignosq; ac firmo, & gustu acriori a mariorib; Id quod Monachorum in Mesuem scribentium (pace tamen eorum dixerim) ineptè prorsus refragatur: quippe qui asserant nullam ferè esse differentiam inter hanc & androsamum sive hypericum, ut quæ in alterius locum substitui possint. Quæ in re manifestè deprehenditur magna eorum inscitia: quandoquidem hi (ut equidem arbitror) in triplici versantur errore. Primum quòd existimaverint turpi nimirum lapsu, sylvestrem Rutam ab androsamo & hyperico non disidere. Deinde quòd putaverint hallucinati etiam androsamum, & hypericum unum & idem esse, cum tamen Dioscorides de his seorsum, tanquam de differentibus plantis tradiderit. Huc tertius accedit error & is quidem, mea sententia, detestandus, quòd prodiderint, hanc sylvestris Ruta historiam bis a Dioscoride descriptam reperiri, magnamq; habere cum hyperico cognationem. Quod potius somniasse, quàm libero sensuum judicio scripsisse videntur Monachi, cum non hujus Ruta caput sit illud, in cujus fronte in quibusdam codicibus usq; non probatis, illa legantur, quæ doctissimorum testimonio hic ascituræ, hyperici autem propria censentur: sed quod proximè sequitur, in quo alterius sylvestris Ruta, quàm alii Moly, alii H A R M A L A M, alii

Rutæ
confid.

Monachorum
hallucinatio.

verò Besasan appellant, tractatur historia. Quare caveant pharmacopola, qui sortasse horum parum scripta sequuntur ne una eacutientes sape ducantur in varios errorum labyrinthos. R. r. a planta est perpetuo virens foliis crispisculis, subpinguibus, pluribus ab uno pediculo exeuntibus, & ex angusto exortu in latum se diffundentibus, colore saturatè viridi. Ramos mittit copiosos surculosq; & flores in summitate luteos, Hyperici haud absimiles, è quibus capitula oriuntur, quadruplici apice divisa, in quibus pusillum continetur semen nigro colore. Radix illi lignosa, multiplexq; acris & amara, sed acrior & amarior montana. Scrutur in hortis, apricus gaudet & siccis terraq; maxime lateritia. Attenuat Ruta, digerit, resolvit, provocat & flatu potenter pellit. Scrutur Ruta (ut auctor est Plinius li. 19. c. 8.) savonio & ab æquinoctio autumn. Odit hyemem & humorem, ac sumum. Apricus gaudet & siccis terraq; maxime lateritia: cinere vult nutiri, hic & semini miscetur, ut careat erucus. Sub fici umbra libentius acquiescit: cujus rei causam suis in problematis reddidit Aristoteles. Mustela cum serpente dimicatura, in murium venatu Rutam prius edendo se munit, gnara hanc contra venena polle. Utuntur & ipsa hoc nostro tempore ad cacodæmones depellendos, sortasse quòd contra fascinationes eam commendaverit Aristoteles in problematis. Planta Ruta mirabilis magnitudinis visa est (Flavio Josepho auctore) Macherunt, quod olim fuit munitissimum Judææ oppidum. Is enim lib. 7. cap. 25. de bello Judaico ita scriptum reliquit. Erat autem in ipsa regia Ruta mirabilis magnitudinis, à nulla enim sicu vel celsitudine, vel magnitudine vincebatur. Crebant autem eam ex Herodis temporibus perseverasse: mansissetq; ulterius profecto, sed à Judæis, qui locum ceperunt, excisa est. Ruta Sylvestris & sativæ, meminit Galenus lib. 8. simplicium medicamentorum, sic inquit: Ruta agrestis ex quarto est ordine excoficientium: domestica verò ex tertio. Est autem non solum gustu acris, sed & amara. Ex quo etiam sanè digerere, atq; incidere crassos, lentosq; humores potest. Ob eandem vim & urinas movet. Quin & tenuium est partium, statimq; extinguit. Quare ad inflationes competit, ac veneris appetitum cohibet, digeritq; atq; exiccat strenuè. Est enim eorum ex numero medicamentorum, quæ valenter desiccant. Porro quòd superius Moly & Besasan nominari diximus, & ipsum utiq; fuerit ruta sylvestris. Νόταρον Græcis herba est. Latinis pariter & Italis Ruta nominatur: Mauritani Sadeb seu Sedab: Germanis Naut und Weinraut: Hispanis Arruda: Gallis Rue: Bobemis Rauta: Polonis Ruta. Ruta sylvestris, Græcis Νόταρον αΐνον: Italis Ruta salvatia.

Rutæ
hist.

Rutæ vires
Matthiolo.

Josephus
de Ruta.

Rutæ vires
ex Galeno.

Nomisa.

Ruta sativæ est vel latifolia vel tenuifolia: est sylvestris, hæc; vel sativæ similis, quæ rursus aut majoribus aut minoribus est foliis, aut dissimilis, de qua capite sequenti. I. Ruta hortensis altera, C.B. Ruta hortensis minor, Trag. Ruta, Matth. Anguil. Lac. Cast. Ruta sativæ tenuifolia, Cord. in hist. Ruta hortensis nobilitate præstans, Gef. hor. Ruta tenuifolia, Tab. Quæ verò ab aliis pro Ruta proponitur, Ruta est

horrensis latifolia. Cultura tres, imò & quatuor cubitos superat, arbusculæ similem, in Illustris. Ducis Wirtembergici orto Stutgardiae vidimus. II. Ruta sylvestris latifolia, C.B. Ruta sylvestris, Matth. Dod. gal. Lonic. Advers. Ruta sylvestris prima, Lac. Cast. Ruta sylvestris majoribus foliis, Gef. hor. Ruta sylvestris montana, Lob. Ruta montana. Tab. III. Ruta sylvestris tenuifolia, C.B. Cam. Lugd. Ruta sylvestris minoribus foliis, Gef. hor. Ruta sylvestris Lob. Ruta sylvestris minima, Dod. fol. Ruta sylvestris minor, Tab. Ruta montana, Clus. hist. Hisp. cui fortè Ruta mas Pythagoræ apud Plinium. Peganion Narbonensium, sive Rutula, Adversariis.

Ruta sylvestris.

RUTA SYLVESTRIS.

CAP. XLVI.

10

† Orib.
addit
peripus.
i. n. a. citur
a Cat. ad-
dit. ix. a-
m. i. po-
tenter.

VOcant etiamnum sylvestrem Rutam, quod † in Cappadocia & Galatia Asia finitima moly dicitur. Frutex est, qui ab una radice multos emittit cauliculos: foliis multo, quam alterius rutæ longiori- bus tenerioribusque, odore gravi, flore candido: capitulis in cacumine paulò majoribus, quàm sativæ rutæ, quæ tribus maximè partibus constant: in quibus triangulum semen, subrufum, gustu amarum recluditur, cuius est usus. Semen autumnino maturefcit, quod cum melle, vino, croco & fœniculi succo, ac gallinaceo felle, teritur contra retusam oculorum aciem. Sunt qui eam harmalam vocent, Syri besa- fan: qui Cappadociam incolunt, Moly, quoniam quandam cum moly servet similitudinem: radice ni- gra, flore candido. In collibus & læto solo provenit.

Rutæ
sylvestris
alterius
confide-
ratio.

RUTA SYLVESTRIS HAR-
mala.

Harmale
historia.



Seplasia-
riorum
gravis
error cit-
ca Cicu-
sam.

Fuchsi
lapis &
Avicen-
nae defen-
cio.

apothecariorum scripta secuti, huius Ruta sive Harmelloco, satidis & aggregatis dictis catapotis, alijs, compositis me- dicamentis cicutæ semen admiscunt. Quod non solum suis tum qualitatibus, tum facultatibus Harmala omnino repu- gnat, sed etiam venenum lethale existit. Errandi causam præbuit Quiricus Augustus Tortonenfis: quandoquidem in ubi in consiciendis satidis catapotis, quid sit Harmel explanare contendit, ait Sylvatici Pandectarum auctoris testimonio, quod quotiescung, reperitur Harmel cum aspiratione, nil aliud apud Arabes designat, quàm semen cicuta: sine verò assla- tu, Ruta sylvestris semen. Quod evidens ac execrandum est mendacium: siquidem Harmel tam asslatum, quàm nudè scri- ptum Mauritani perpetuò agrestem Rutam significat, ut Serapionis & Avicenna auctoritate facile probari potest suis in libris, in quibus simplicium historias, & facultates posteritatis memoria prodiderunt. Nam quæ illi de Harmel scripserunt, Dioscoridi & Galeno Rutam hanc describentibus prorsus adstipulantur. Caterum Avicenna ipsius Harmel etiam memi- nit lib. quarto sui Canonis, ubi viperarum morsus curationem tradens, sic inquit. Ruta sylvestris (& non est alharmel, se- cundum quod existimaverunt quidam, imò est species ruta ipsius) confert morsibus viperarum: hac ille. Sed ne forte quis deceptum fuisse deprehendimus, ut qui illum, ut puto, minus intellexerit, sciendum profectò est (quemadmodum etiam an- tea aliquoties retulimus, & nunc quoniam ad rem faciat, id ipsum repetere non alienum erit) quod non ejusdem utiq, ge- neris est sylvestris Ruta, de qua una cum domestica superius tradidit Dioscorides, & hac quam Græcorum quidam Har- malam, Mauritani verò Harmel sive Alharmel appellant. Ex hac omnibus perspicua Ruta sylvestris distinctione, quan- tum equidem reor, liquidò patebit, Avicennam haudquaquam errasse, ut errorem immeritò illi injungit Fuchsius. Quippe cum inquit Avicenna, Ruta sylvestris (& non est alharmel, secundum quod existimaverunt quidam, imò est species Ruta ipsius)

ipsum) confert moribus viperarum, iis verbis declarat se illam hic sylvestrem Rutam intelligere, quæ domesticam emulatur: non autem illam, de qua hoc loco differit Dioscorides, quamq; sua Arabica familia auctores Harmel, sive Albarmel vocant. Ejus tamen loco citato, paulo antè meminerat, sic inquit: Et albarmel est de medicinis liberantibus. Ubi per Albarmel eam sanè Rutam sylvestrem intelligit, de qua præfens sermo est: ob cuius differentiam, postea aliterius rutæ sylvestri mentionem faciens, subiungit illa verba, quæ jam bis citavimus. Ut hinc palam faceret, se non modo de alio sylvestri Rutæ genere intellexisse, sed etiam occurrisse, ne quis, si sine distinctione locutus esset, se idem frustra reperisse calumniatur. Porro non desunt qui sustinere contendunt, Harmel esse Cicutam, Averroem in medium adducentes, quem libro quinto suarum collectanearum ita scriptum reliquisse volunt. Harmel, id est Cicutæ, calida est, & sicca in tertio gradu: incidit crassos humores, & provocat urinam & menses, & valet dolori scapularum, & purgat phlegma. Hac isti nituntur auctoritate. Quibus ita facile responderi potest, quod cum Cicutæ hoc locò eas Averroes tribuat facultates, quas etiam jam Harmala, nomine tamen Moly, reddidit Galenus, manifestè deprehenditur Averrois codex librorum incuria fuisse depravatus. Neque difficilis lapsus fuit, quod ii vocum similitudine decepti Cicutam pro Rutâ legerint ac scripserint. Adde etiam illud (hoc enim medicorum neminem latet) quod tantum abest, ut Cicutæ tertium caliditatis gradum obtineat, cui illam assignat depravata Averrois lectio, ut ne primum quidem attingat, cum Dioscoridis, & Galeni testimonio, in quarto frigiditatis ordine collocetur: ob idq; eam lethale venenum esse affirmant. Quapropter quàm pessimè agatur ab iis, qui Cicutæ formidandum semen iis compositis medicamentis addunt, quorum usus est ad deprecandos, incidendos, extenuandosq; lentos humores, ut dijudicent, qui veritatis studio dediti huiusmodi cavillationes, quæ sapè hominibus pernitiem pariunt, tollerare non possunt. Rutæ huiusce semen datur ad purgandum bilem atram magno auxilio, paraturq; potandum hoc modo. Conjiciuntur in mortarium seminis grana 15. prius clarissima aqua abluta: deinde ligneo pistillo tertuntur, affundunturq; aqua fontana uncia quatuor, eodemq; pistillo aliquantisper miscentur: demum linteolo percolantur cremor, cui adduntur mellis optimi uncie tres, & olei Sesamini, aut amygdalini uncia duæ, & id omne propinatur Melancholicis. Facit enim copiosas vomitiones. Nec est hoc medicamento aliud valentius ad Comitiales. Scribunt Arabes huius rutæ semine inebriari homines, adeo ut subinde diutius dormiant. Id quod maxime confert in eo Melancholia generatur, quod ii heros appellant. Rutam hanc Sylvestrem appellat Galenus Moly, libro 7. simplicium medicamentorum, ubi de ea differit his verbis: Moly, hoc quidam vocant peganon agrion, hoc est, Rutam sylvestrem, nonnulli harmolam, Syrii besafan, sicut Cappadoces moly, quia radicem habet nigram, & florem lacteum. Vn ejus tenuium est partium, & calida Gal. tertio abscissu: unde crassos humores secant, ac digerit. & urinam movet: hac Galenus de altero Rutæ sylvestris genere. Cui constat & primum sylvestri Rutæ genus perpulchre respondere. Ex quo crediderim, quod sine ullo errore seplasiarum alteram alterius loco subicere possint, quoties Arabum harmel in suis compositis medicamentis admiscendum reperiunt. Est & alia Rutæ species, quæ recentioribus quibusdam CAP. XLVII. cognominatur, quibusdam vero Galega dicitur, nostrates eam vulgò appellant Lavanese. Passim hac secus itinera in scrobium aggeribus, humenibusq; locis & lato solo provenit, caule sesquicubito alti, & aliquando majore, ramofo, in quo folia utrinq; emergunt ab uno pediculo dena aut undena, oblonga, ac subpinguia. Flores in summitate profert ex candido purpurascens. è quibus filiquæ oriuntur, semen continentes. Is illi maxima contra pestilentiam, namq; plurimos huiusce plantæ usu præservatos scimus. Quidam ad hoc quotidie rutam in acetariis vorant, alii olerum modo coctam ex caninum jure sumunt, nonnulli succum extrahunt, & ex vino hauriunt. Quinetiam valet non solum adversus lethalia medicamenta, verum etiam contra ferarum omnium, quæ dentibus aut aculeo venenum emittunt, tum morsus, tum ictus: in quem usum herbam vel ejus saccum bibendum præbent, ac etiam jam emplastri modo vulneratis partibus imponunt. Laudant aliqui succum sesquiuncia pondere haustum pueris comitiali morbo vexatis. Eporus recentis herbæ succus datur utiliter cochlearis mensura ad necandos intestinorum vermes. Idem præstat herba ipsa in patella calefacta ex oleo amygdalarum amararum, & è lini semine, ventri adalligata. Eiusdem succus datur in principio pestilentia affectu, aut ejus decoctum ex aceto factum, addita Theriaca, & Armenio bolo. Verum à potu subinde sudare affectum oportet. Idem præstat ad pestilentes febres, in quibus exant hemata, sive macula cutaneæ quas petechias vocant, emerferint, & præsertim eporo herbæ decocto ex aqua una cum Tormentilla radice, Cardui benedicti foliis & Armenio bolo. Quas quidem facultates illi inesse censeo, sua ipsius speciali dote. Ceterum apertissime falluntur, qui putant Rutam hanc Caprariam dictam Polemoniam esse, ut latius lib. 4. suo loco dicemus. Quæ planta ῥόζαρον Nomina. ῥόζαρον, ῥόζαρον Græcè: Rutæ sylvestris altera Latine dicitur: Arabicè Harmel: Italicè Ruta salvatica secunda. At Galega sive Ruta Capraria, Hetruscis Lavanese.

Ruta sylvestris magno flore, C. B. Ruta sylvestris Harmola, Matth. Ruta sylvestris altera, Cast. Cam. Ruta harmola, Lugd. Ruta sylvestris, Cord. in Diosc. Anguil. Gef. hor. Harmel, Gef. hor. Harmel
50 Constantinopolitanum, Cæsal. Harmala. Dod. fol. Clus. hist. Hisp. Tab. cui & Moly Galeni. Harmala Syriaca, Lobelo. De Galega seu Ruta capraria, vide cap. 136. libri quarti.

MOLY.

MOLY.

CAP. XLVII.

Moly folia habet graminis, latiora, humi sparsa: florem albæ violæ similem, sed minorem, magnitudine violæ purpureæ æmulum, lactei coloris: caulem candidum, quaternum cubitorum: in cuius cacumine inest aliquid, quod alii speciem referat. Radix parva, bulbosa, quæ mirum in modum valet ad vulvæ apertiones, si trita cum irino unguento, in pello subjiciatur.

60 Moly, ut scriptum reliquit Theophrastus lib. 9. cap. 15. de plantarum historia, apud Pheneum exit, atq; apud Cyl-
lenam esse (quemadmodum Homerus dixit) affirmant: radice rotunda, non absimili capæ, folio scilla. Usus ejus
contra veneficia summa, non tamen effodi difficulter, ut ait Homerus. Moly quoque meminit Plinius lib. 25. cap. 4. ita
scribens. Laudatissima herbarum est, Homero teste, quam vocari à diis putant Moly. At inventionem ejus Mercurio assi-
gnat, contraq; summa veneficia demonstrat. Nasci eam hodie circa Pheneum, & in Cillene Arcadia tradunt, specie illa
Homericæ radice rotunda nigraq; magnitudine capæ folio scilla: effodi autem difficulter. Græci auctores solum ejus lu-
teum pinxere, cum Homerus candidum scripserit. Inveni peritum herbarum medicis, qui & in Italia nasci eam dicerent,
asseritq; è Campania mihi aliquot diebus effossam inter difficultates saxæ, radicis triginta pedes longæ, ac ne sic quidem
solida sed abrupta: hac Plinius. Ex cuius sanè verbis facile cognosci potest, Moly ab eo secundo loco redditum, quod in Cam-
pania

Z 2 3

Moly vi- pania effossum, & sibi allatum scribit, ab illo plurimum dissidere, quod Homerus & Dioscorides notis non planè consenti-
ret ex entibus repræsentarunt. Moly cui Dioscoridis delineatio respondeat, misit ad me Patavio vir optimus, & omni huma-
Galeno. nitate præditus, Jacobus Antonius Cortusus, cujus imaginem hic appingi curavimus. Caterum herbam Moly Dioscoridi
appellatam, eandem nimirum esse putaverim cum illa, quæ Gal. lib. 7. simplicium medicamentorum Myle vocatur, cum
inquit: Myles radix parvo bulbo similis est, facultatis contrahentis: nam cum farina arina (hoc est lolii) apposta aper-
tam vulvam sanare scribit Dioscorides. His verbis Galenus

M O L Y.

Diosco-
ridis lo-
cus casti-
gatur.

Nomina.



PANACES HERACLEUM.

Meum
& Cat. cō
ψιδι. i.
& in Pfo-
phide.
Meum
λαττι. i.
tenui. Idē
legit
Orib.

Orib.
tingit-
e. i.
amarior.



non solum quidem Mylen suam Dioscoridis Moly acceptam
refert, sed etiam nos commonet mendi cuiusdam, quod buc-
usque latuit in codicibus Græcis Dioscoridis. Quippe quod ubi
in hujus capitis calce legitur *μετὰ ἰριον ὑπόρου*, quod est, cum
irino unguento, Galeni testimonio, legendum sit *μετὰ ἀρίον*
ἀρίον, id est, cum farina loliacea. Et certe in id vitium fa-
cile librarii quadam scripturarum vicinitate labi potuerunt.
Sed addamus rationem, qua vulgaris lectio depravata mani-
feste deprehenditur. Nam si unguentum irinum efficaciter ape-
rit, non video quid Moly radix cum eo præstare possit *πρὸς ἰρι-
ον ἀναμειβόμενος*, hoc est, ad vulvæ apertiones. Si enim ex Gra-
co rectius reddendum puto, quam ad aperiendā vulvā, ut ver-
terunt Marcellus & Ruellius, qui tamen secus facere non pote-
rant, si unguenti irini rationem habere volebant. Id *μετὰ ἰρι-
ον* dicunt, quod Latini item Moly.

Moly *ἀπὸ τῶ ἀμολιέντων τὰς νόσους*, ab amoliendis
morbis dictum. Unius licet meminerit Dioscorides,
plures tamen posteriores agnovere differentias, de
quibus in historia. Moly minus, C. B. Moly Matt.
Lon. Cast. Lugd. Moly Dioscorideum putatum,
Lob. Moly Dioscoridis, Clus. hist. Hisp. Cam. Moly
angustifolium, Dod. fol. Allium ursinum alterum,
Cæsalpino.

ΠΑΝΑΚΗΣ ΗΡΑΚΛΕΙΟΥ. PANACES HERA-
CLEUM. CAP. XLVIII.

Panaces nonnullis Heracleum dicitur: ex quo o-
popanax colligi solet. Plurimum in Bæotia, & in
a Phocide Arcadiæ nascitur: ibiq; compendii, &
quæstus, qui ex eo liquore facitatur, gratia, studio-
sè colitur. Foliis est asperis, in terra jacentibus, her-
bacci coloris, multum ad siculnea accedentibus, in
ambitu quinquepartito divisus: caule, ut ferula, al-
tissimo, qui lanugine quadam b incanescit, foliis et-
iam minutioribus obsitus: muscariis, ceu anethi, in
cacumine: flore luteo, & semine odorato, fervente-
que. Radices habet multas ab origine una, candidas,
graveolentes, crassi corticis, & subamaris gustus. Na-
scitur in Cyrene Lybiæ & Macedonia. Excipitur suc-
cus incisa radice, recenti caulium pullulatu. Ea can-
didum succum emittit, qui siccatiss in summa cure
croceum colorem contrahit. Effluentem autem suc-
cum excipiunt, foliis excavato solo stratis, quæ sic-
cata tolluntur. Simili modo caule messibus inciso,
profluentem succum eximunt. Meliores ex radici-
bus, albæ, rigentes, distentæq; siccæ, quæ cariem non
sentiant, aromaticæ, ferventes gustu. Fructus ex me-
dia ferula cibo idoneus est: sed ex agnatis stolonibus,
ab usu cibario abhorret. Maxime in hoc succi genere
probat, e quàm amarissimus, internè albus, aut
subfulvus, foris ad croci colorem inclinans, lævis,
pinguis, friabilis, tener, statim in aqua eliquescent, 60
gravi odore. Niger imbropatur, ac mollis Adultera-
tur ammoniaco, aut cera. Sed sinceri experimentum
est, si digitis in aqua friatus resolvatur, & lactescat. Ex-
calfacit, mollit, extenuat: horribus febrium, circui-
tibusque, vulsis, ruptis, laterum dolori, torminibus,
stillicidio urinæ convenit. Contra vesicæ scabiem ex
aqua mulsa, aut vino bibitur: menses trahit, foetum
enecat. Inflationes, quæ vulvam male habent, duriti-
asque, ex melle dilutas, discutit: ischiadicis illinitur,
acopis,

acopis, & capitis medicaminibus admiscetur: carbunculos rumpit. Podagricis, cum uva passa illitus subvenit: dolore dentium liberat, cavis inditus: oculorum aciem illitu excitat. Ex eo, & pice optimum fit emplastrum contra bestiarum morsus, quæ in rabiem efferantur. Radix in ramenta confecta, vulvæ admodum, partus extrahit: ad vetera ulcera efficax est: nudata ossa corpore operit, si trita cum melle illiatur. Semen cum absinthio sumptum, menses pellit: cum aristolochia prodest adversus animalia, quæ venenum ejaculantur: & contra vulvæ strangulatus in vino bibitur.

Πάναξ ἀσκληπίου.

PANACES ASCLEPIUM.

CAP. XLIX.

10 PANACES † Asclepii caulem à solo emittit tenuem, cubitalem, geniculatum: circa quem folia funduntur foeniculo similia, majora tamen & hirsutiora, † odorata: in cacumine umbella, ubi flores emicant aurei, acris gustus & odorati: radix a parva est & tenuis. Auxiliarem vim habent b flores & semina, contra ulcera, phagedænas & tubercula, si trita cum melle imponantur: adversus serpentes ex vino bibuntur, & cum oleo illiuntur. Aliqui panaces sylvestre organum vocant, alii cunilam, de qua in organi mentione diximus.

a Meum *ωιπρά*, id est, amara. b Meum *ἐπιβύτιον τὸ ἀνθρώπινον*, i. auxiliarem de super.

Πάναξ χιρόνιον.

PANACES CHIRONIUM.

CAP. L.

20 PANACES a Chironium in Pelio monte maximè provenit, folium ejus amaraco simile: flos aureus, radix b parva, quæ non alte demittitur, gustu acris. Pota radix serpentum veneno resistit. Illita coma, eadem præstat.

PANACES Heracleum in Apulia frequens nascitur, quemadmodum in Apenini jugis & in Argentario promontorio in nostris maritimis Senensibus habetur & in quamplurimis Italia viridariis, ubi summa diligentia colitur ab his, qui simplicium medicamentorum studiosi ad suum aliorumq; commodum innumera plantarum genera suis in hortis ac viridariis serunt ac colunt. Verum non ob id affirmaverim, ejus lachrymam, quam officina Opopanacum vocant, excipi in Italia. Nam quæ Venetiis venalis reperitur, ex Alexandria Aegypti convahitur. Legitima non desit, etsi adulterata frequentior sit usus apud eos, qui ex quavis herba manipulos colligunt. In Panacu historia apertissimè aberravit Mesues: quippe qui initio capitis omnia ejus genera confundat. Quod omnib. jam notum est, quam ut a nobis ostendi debeat, PANACES ASCLEPIUM

† Ori. A' *σκληπίου*
καὶ χιρόνιον.
i. Asclepiū
& Chironium.
† Ori. *δυσώδης*, i. male olentia

a, Ca. *λαπρὸς* ei δ' *χιρόνιον*, i. exile, quod & Chironiū b Me. & Cat. *λεπτή*, i. tenuis. Panacis confectio.

Mesu lapsus.

II. PANACES ASCLEPIUM.

* III. PANACES ASCLEPIUM alterum.



nuper vidimus, ejusq; effigiem hic appinximus. Sed CHIRONIUM non provenit, quod sciam, in Italia. Quamquam non desunt, qui pro Chironio panace ostendant plantam, quæ folium habet oblongum hyssopi fere modo, concomitantibus minoribus foliis cumulatim prodeuntibus, florem pentaphylli, sed majorem, aureo tamen colore, surculos mittit ab radice numerosos, tenues lignososq; radicem item lignosam, rufescentem gustu adstringentem minime acrem. Hæc quibusdam recentioribus herbariis Flos solis appellatur. Verum quod Dioscorides panaci Chironio tribuerit folia amaraco similia, Asclepii vilis nomen habet & excalescat, & radicem gustu acrem, non video quomodo ingenue posim eorum sententia subscribere. Flos

Flos solis nomen.

ZZ 4

HAG

IV. FLOS SOLIS, SEU PANACES CHIRONIUM.

* V. PANACES CHIRONIUM MINUS. *



itaq. SOLIS mihi quidem omnino è symphytorum genere esse videtur, quum j. a. l. v. l. a. g. i. u. n. e. t. & sanguinem manantem sistat. Verum non hac solum praeferat, sed oris & pudendorum ulcera sanat, ubi in vino decoquatur, & eo subinde ulcera abluantur. Datur quoq. potandus ad cruenta sputa, & ad dysenteriam una cum radicibus contritus, quinetiam ad mensium abundantiam. In summa ubi agglutinare, cohibere & roborare opus sit, ea omnia perinde praeferat, ac cetera symphytorum genera. Panaces genera ab inventoribus cognominari tradunt, nempe Asclepium ab Aesculapio Chironium à Chirone, & Heracleum ab Heracleo: quare & Herculeum à plerisque, est appellatum, cujus tantum lachryma hoc tempore officina utuntur. Semen enim ac radix, etsi in pluribus valeant affectibus, ad nos tamen, quod viderem, non adferuntur. In quorum defectu optimi chirurgi, cum denudata ossa carne explere volunt, radicem segmenta, quae lachryma compacta 40 reperientur, quare illa sint, non parvo labore seligunt, & ad hunc usum in pulverem redigunt. Panacis vires describit Gal. lib. 8. simpl. medic. his verbis: Panaces Heracleum, inquit, ex hoc fit vocatus Opopanax, radicibus ejus, & caulibus excisis. Porro opopanax ipse longe est ad plurimos usus aptissimus, utpote excalfaciens, emolliens & digerens: ponatq. ipsum quispiam in excalfaciendo tertii ordinis, in deficcando vero secundi. Cortex radicis exicatorium simul & excalfactorium est medicamentum: sed minus quam succus: quin & nonnullam habet abstergendi facultatem. Quare eo quoq. utimur & ad ossa denudata, & ad ulcera maligna & contumacia. Sufficenter enim talia carnem procreant, scilicet abstergendo simul, & deficcando, nec ita magnopere excalfaciendo: quia omnia ad carnem generandam necessaria sunt, velut in libris de curandis ratione ostendimus. Fructus calidus & ipse est, ac mensibus movendis medicamen accommodum. Ceterum nescio, quo pacto nunc fere omnes ex more non panaces, sed panacea herbam hanc vocitent. Panaces autem Asclepium minus est calidum supradicto panace: quamobrem eo, & floribus ejus, & semine mellis mistis ad ulcera, phymata, 50 & phagedenas utuntur Panaces vero Chironium & ipsum similem praedicto facultatem possidet: hac Galenus. Porro deicit Panacis lachryma (ut author est Mesues) à remotis corporis partibus, praesertimq. ab articulorum compagini- bus, lentam, crassam, contumacemq. pituitam. Cerebrum & nervos expurgat, praecipue cum frigidis torquentur morbis. Panacis vires ex Mesue. Nomina. Panace Heracleo. Hujus gummi Gracis ὀπὸπαναξ dicitur: Latine item Opopanax: Officinis Opopanacum: Italis Opopanaco: Hispanis Opopanaga. Panacis vero ἀσκληπιόειος sic Gracè vocatur, ut Latine similiter Panaces Asclepium: Arabicè Panax Asclibet: Italicè Panace Asclepio. Panacis deniq. χείρωνειος ita Gracè, Latine pariter Panaces Chironium appellatur. Mauritanis Panax caromon: Italis Panace Chironio.

Panax, quasi πᾶσι ἀντίον, omnibus remedium adferens, quasi omnia sanans: cujus genera quatuor Theophrasto 9. hist. 10. Syrium, Chironium, folio simile Rumici: Aesculapium folio Thapsiae. Herculanum folio magno & amplo, ut quoquo versus tres palmos perficiat. I. Panax Sphondilii folio quod Heracleum C. B. Panaces Heracleum, Matt. Lac. Gef. hor. Clus. in Corellario ad Dod. edit. Gallicam. Dod. fol. cui & Sphondylium alterum. Panax Heracleum, Lob. Lug. Cam. Panax Herculeum, Cord. in Diosc. Gef. hor. ap. Cæs. Tab. qui primum facit. Hujus plantae densata lachryma seu liquor, Opopanax five Opopanacum dicitur, qui guttis pifo majoribus aequalibusve conglomeratur in massas foris croceos, vel in puniceo colore rufas, intus candidas aut flavescences. Substantia est pingui, sapore amaro, tenui ligustico vehementiori: odore gravi: Eligendum quod foris croceum, intus candidum, pingue, odoratissimum, majoribus grumulis constans, purum. Purgantur autem à furculis hoc pacto, mediocriter contritum linteo includi- 60 tur, in

tur, in fœtali suspenditur, superinfunditur quantum satis fuerit vini, aceti, aut aquæ: dein paulatim supra fornacem calefiat: in linteo liquatum exprimito sicq; surculi in linteolo remanebunt: Alia ratione etiam purgatur, cum nodus ita suspenditur, ut humorem non tangat, sed ut ferventis tantum humoris vapor per linteum penetrans liquorem emolliat, donec exprimi queat, quod calente adhuc eo fieri necesse est. Afferitur ex Africa, Ægypto & minori Asia, monente Cord. II. Panaces Asclepium Matt. & Lugdunensi, hanc enim à sequenti differentem facimus, cum utramq; in horto Patavino collegerimus, & inter nostras reservemus. III. Libanotis ferulæ folio semine plano, C. B. Panax Asclepium, Adver. Lob. Cæsal. Panaces Asclepium, Cam. in suo Matth. Cast. Tab. Panaces Asclepium ut existimatur, Dod. fol. Libanotis altera semine lato, Camerario. IV. Panaces Chironium; Matth. Cast. Lugd. Hyssopus campestris, Trag. Hyssopus montanus sive sylvestris, Lon. Helianthemum Cord. in hist. Lob. Thal. Helianthemum vulgo dictum, Clus. hist. Hisp. Helianthemum Plinii. Clus. hist. Pan. Helianthemum Germanicum, Tab. Flos solis, Dod. fol. Lob. Cam. Cast. Gratia Dei, Ges. hor. Chironia, Cæsal. Alii ad Panacem, alii ad Symphytum, alii ad Cistum, & rectius referunt. Hoc variat cultura, magnitudine, foliis item latioribus, angustioribus, floribus majoribus, minoribus, albis, pallidis, aureis. V. Panax Chironium minus Camer. in suo Matth. Cistus humilis secundus, Clus. hist. Hisp. Lob. Helianthemum peregrinum angustifolium, Tabernæmontano, magnitudine sola & foliorum angustia à priori distat.

Argemone.

LIGUSTICUM.

CAP. LI.

Ligusticum, [quod alii panaceam, alii panaces vocant,] plurimum in Liguria nascitur, [in monte Apennino Alpibus contermino: unde nomen traxit.] Panaces incolæ non ab re appellant, quoniam & radice, & caule Heracleotico panaci simile fit, & viribus eisdem præditum. Gignitur in altissimis, asperisq; montibus, ac umbrosis, maxime à juxta fluenta. Cauliculum fert anethi, geniculatum, tenue, & in circuitu folia Sertulæ campanæ, molliora, odorata, prope verticem graciliora, & longè magis divisa: in cacumine muscarium, in quo semen dependet nigrum solidum, & oblongum, fœniculo proximum gustanti acre, & aroma olens: radix candida Heracleotici panacis similis, odorata. Radicis seminisq; vis excalectorum, concoquens. Prodest ad intestinos dolores, tumores, concoctiones: item ad inflammationes, præsertim quibus stomachus turgat: & contra serpentium ictus: urinas, & menses potu trahit. Eosdem præstat effectus apposita radix. Semen cum radice oxyporis, & medicamentis decoquentibus admiscetur: bori per quam utile, quare pro pipere utuntur eo indigenæ ad obsonia. Adulteratur semine quodam simili: quod facile gustu discernitur & amarum enim est. Alii semen fœniculi, aut fœnelis admiscentes, ligusticum dolo vitiant.

Conclasa
non legit
Orib.
a Meum
ragia velle
diu velle
clitica
serobes.

b Bat.
i. velle
Xm.
i. gratum
stoma-
cho.
e Orib.
i. velle
v. i. ama
rillimum

I. LIGUSTICUM.

II. LIGUSTICUM ALTERUM



Falluntur aperte ut mea quidem fert opinio: qui herbam vulgò hodie Levisticum nominatam, quam legitimum Hipposelinum censemus, putant esse Ligusticum hic à Dioscoride representatum, quod Galenus unus literæ mutatione Libysticum appellavit. Siquidem hoc caule assurgit tenui, & foliis Sertulæ campanæ similibus. Illud vero caulem profert altum, crassum, concavum, & geniculatum: folia apii palustre amula, majora tamen, ac etiam crassiora. Caterum quamvis legitimum,

Ligustici
confide-
ratio.